



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

9 An ministrans indifferentia excuseris à peccato, eo quod proximus alias  
erat transgressorus præceptum, tametsi tu illa indifferentia non  
ministrares.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

tions, que tam ex feruentia charitate, & restra intentatione proce-  
fit, nullo modo admittendum est peccatum, neque etiam in or-  
natu, cui Dominus contulit splendorum. Nam vt text. dicit. om-  
nis ista compositione non ex libidine, sed ex virtute pendebat, Or-  
atio ergo dominum, vt Holofernes caperetur laqueo oculorum  
scorum ad amorem, & familiaritatem honestam, non ad libidi-  
nem gloria in praefatis, que optimè hunc locum explicat, & li-  
berat Iudith à calunnia, & peccato.

## P V N C T V M VIII.

An vendens vel subministrans indifferentia, ex quibus  
proximus fuit occasionem peccandi, peccet  
peccato scandali

1. Quae sunt indifferentia.
2. Hac indifferentia aliqua sunt, que omni tempore in malum de-  
finantur, alia pro aliquo tempore, alia in bonum vsum regu-  
lantur sunt.
3. Si vendas res, que communiter in malum vsum distinuantur, vel  
semper, vel occasione temporis, debet tibi confidere moraliter,  
cum cui vendis non esse illis male vñrum.
4. Explicatur, quomodo id tibi moraliter confidere posse.
5. Si res in bonum vsum communiter ordinantur, sicut vñndere  
& subministrare, quories non constas da abuso potestis.
6. Si credas proximum ius indifferentibus male vñrum, reveris se  
commodè potes, ea illi non vendere.
7. Contrarium defendunt aliqui Doctores. Sed immorit.
8. Que causa sufficientia ad honestam subministracionem horum  
indifferentium, non posset certa regula definiri.

1. Indifferentia voco, que bono & malo vñm deseruire pos-  
sunt, idoli venditio, aedificatio templi, remigatio, &  
alia plura, & possunt in bonum fieri, & in malum: Si enim ven-  
datur idolum reverendum in memoriam antiquitatis, & in de-  
testationem cacciaris, & irrationem illorum, qui tale adorarent,  
venditio bona est. Si vero vendatur adorandum, & colendum,  
mala est. Ego cum venditio ex se non habeat magis hunc pra-  
vum sum quoniam bonum, sed id habeat ex animo vendentis, vel  
ementis, efficiat ex se indifferentis esse, vt recte dixi. Sylvest.  
scđ. infidelitas. q. 4. Valen. 2.2. disp. 1. q. 10. p. 5. ad finem Suar. disp.  
10. de charit. scđ. 4. numero 6. Sanchez libro 1. in decal. capite 7.  
numero 6.

1. Ex his autem indifferentibus, alia sunt, que regulariter in  
malum vñm omni tempore destinantur, alia que solum aliquo  
tempore, alia que potius in bonum. Venditio veneni, idoli, clau-  
sis falsis, regulariter in malum vñm omni tempore destinantur,  
et aliquibus personis in bonum possunt deseruire. Contra venditio  
armorum, animalium, & aliarum rerum, que communiter  
venduntur, & emuntur, in bonum vñm destinantur, qui tam  
male illis vñrum. Carnis comedio in Quadragesima omnibus  
communiter prohibetur, ac proinde earum præparatio,  
& venditio, communiter illo tempore in malum vñm destinan-  
tur.

3. Dico ergo. Primo si vendas res, que communiter in ma-  
lum vñm destinantur, vel semper, vel occasione temporis, non po-  
tes illas vendere, aut præparare, quin tibi moraliter conserat cum  
cui venduntur, aut præparantur, bene illis vñrum. Quia alias  
peccatum alterius tibi imputabitur, cum ei materialis subminis-  
tratus: ita exp̄s Suar. d. 20. de charit. scđ. 4. n. 6. Sanchez l. 1. in de-  
cal. c. 7. n. 3. & 7 Nauar. c. 17. n. 36. Eman. Saa. edit. Rom. verbo pec-  
catum. n. 10. & de venditione veneni, quod coloribus & medi-  
cinali confidens defensit, res est clara non licere vendere nisi il-  
lis, de quib. non presumitur illud velle, ad malum vñm: quod  
dovit Salon. 12. q. 77. a. 4. controu. 16. tertio corol. Mol. 1.2. de iust. d.  
340. ad finem Sanchez. n. 17.

4. Quod si coges quando tibi moraliter constabit aliud non  
in malum, sed in bonum vñm supradicti rebus debere vi: Respon-  
sando, ex qualitate personarum, & modo petendi colligendum  
est, communiter tamen præsumendum est, de bono vñm, si pu-  
blici, abique affectatione fecerti petantur: raro enim quis ita  
audax est, vt si delictum velii efficeret, non cureret secreterum: ha-  
ciam ratione capones, & macelli vñdentes carnes tempore ie-  
junij, & conā portigentes petentibus, excusantur à peccato igna-  
diali, quia præsumuntur petentes non solvere iejunium, sed ratio-  
ne privilegi, vel alterius causa excusari, quam excusationem  
ipsi capones examine non tenentur, quia fieri commode num-  
quam potest: ita ex Caier. 2.2. questione 147. art. 4. notavit Suar. d.  
10. de charit. scđ. 4. n. 3. & tradit alios referens Sanchez l. 1. Decal. c. 7.  
num. 34.

5. Dico. Secundò, si res communiter in bonum vñm ordi-  
natur, licet tibi illa vendere, & subministrare, quories non con-  
stat de abuso potestis: quia horum venditio, & subministratio  
solum esse potest mala quatenus intentioni prævaria deseruerit.  
Hacten intentio de nullo deber præsumi. Ergo: ita ex com-  
muni sententia cum D. Tho. 2.2. queſt. 78. art. 4. & queſt. 169. art.

2. docet. Suar. d. 10. de charit. scđ. 4. n. 3. Sanchez l. 1. in Decal. c. 7. n. 3. Na-  
vuar. c. 17. n. 19. c. 19. n. 16. & cap. 21. n. 26. & cap. 23. n. 90. Bonac.  
d. 2. de peccati. q. 4. p. 2. §. vñ. n. 17. verf. qui vero: & in hoc sensu dixit  
Eman. Saa. verbo peccatum. n. 11. Non esse mortale facere eas, qui  
bus alij possunt bene, & male vñi, eti plures male vñntur, vt  
ales, gladios, fucum &c.

6. Quod si credas proximum male vñrum iis indifferenti-  
bus, teneris, si commodè potes, ea illi non vendere, vel submini-  
strare, quia cum ex charitate obligaris proximi peccatum impedi-  
re, si possis à fortiori obligaris materiali peccati non submini-  
strare. Sylvest. verbo infidelitas. q. 4. verbo art. q. 3. Suar alios referens  
scđ. 4. num. 4. Sanchez l. 1. in Decal. c. 7. n. 34. Dixi, si commodè possis:  
nam si absque tuo detrimento non possis: ab eorum ven-  
ditione, vel subministracione cessare, non peccas submini-  
strando, quia in tantum peccare potes, in quantum media  
illa venditione, vel subministracione peccatum alterius  
certeris causate, siquidem subministratio est se mala non  
est. At cum tibi talis subministratio utilis, vel necessaria est;  
causare non certeris peccatum alterius, sed potius certeris vñ tuo  
iure, & libertate peccatum alterius permittere, vt bene docuit  
Thom. Sanchez l. 1. in Decal. c. 7. n. 9. & cap. 11. & Suar. d. 10. de charit.  
scđ. 4. n. 4. Bonac. disp. 2. de peccat. questione 4. p. 2. §. vñ. n. 10. num. 17.  
verf. tertio.

7. Contra videtur tenere Man. 1. tom. sum. in secunda edit. c. 23.  
n. 2. Petr. de Ledesma. 2. tom. tract. 2. c. 2. dub. 4. Salon. 2.2. q. 7. art. 4.  
controu. 6. p. 3. conclus. & Caier. 2.2. q. 147. art. 4. fine. Si omnes af-  
firmant tabernaculos, & capones posse liberè cibaria ministrare,  
& vendere iis, qui iejunium solvant, quia neque inducent ad  
iejunium violandum, sed actionem se honestam, & deservent  
iumentum sustentatione natura faciunt. At credo debere causam le-  
gitimam intercedere, que actionem honestam, cum non solùm  
non impedita peccatum, sed materiali illi subministrares: & ita  
docuit Valen. 2.2. disp. 9. q. 2. punto. 3. circa finem Lessius lib. 4. de  
infir. capit. 2. dubio 4. numero 24. Sanchez. in decal. libro 1. capite 7.  
numero. 34.

8. Quocirca tota difficultas est examinare, qua necessitas,  
vel utilitas sufficiat excusat re vendentem, vel subministrantem  
indifferentia, ex quibus proximum male vñtus? In qua re certum  
est non eandem causam pro omnibus esse requisitam: alia enim  
sunt actiones, que solum in detrimentum spirituale illius, cui  
materia subministratur, cedunt, vt delatio concubinæ, qua  
dominus vñ vult, alia que in detrimentum, & iniustiam tertii,  
vt si velis mutilare, vel occidere, vel alias iniurias facere. Item  
alia est subministratio remora, alia proximior. Remorari voco;  
conducere domum meretrici, lectum sternere. Proximorem vo-  
co, si eam comiteris domino copulandam. Item vel est paratus  
proximus committere delictum, vel non? Quotiescumque ergo  
delictum virtuti excellenter aduersatur, vel subministratio prox-  
imius peccato accedit, vel proximus paratus non est, graviore  
causam excusationis requirit in eo, qui materiali subministrat.  
Quia autem haec sit, praescribi non potest certa regula, sed pru-  
dens arbitrio penitendum est, iuxta gravitatem peccati com-  
mittendi, & occasione à se datum, & preparationem illius: ex  
caibus specialibus infra subiiciendis elucidabitur. sic Sanchez c.  
7. n. 12. Suar. de charit. disp. 10. scđ. 1. n. 4. Bonac. n. 19. Vnum tamen  
est certum, si ex delicto dannum alicui innocentis est inferendum,  
debere maximè attendi, quam grava sit; forte enim ita grava  
erit, vt merito debetas paci iacturam gravem diuiciatum, vt illud  
euites, tradit Sanchez supra numero 18. Suar. scđ. 4. numero 4. Bonac.  
numero. 20.

## P V N C T V M IX.

An ministrans indifferentia excuseris à peccato, eo  
quod proximus alias erat transgressor præcep-  
tum, tametsi tu illa indifferentia non  
ministrares.

1. Proponitur casus.
2. Plures centent in hoc casu non esse scandalum mortale.
3. Proponit sententia Thom. Sanchez.
4. Probabilis est non sufficienter honestari cooperationem harum  
alitionum, ex eo quod alius peccaturus sit.
5. Satisfit rationibus contrariis. n. 2. adductis.

1. V isolatus era Petrus iejunum, erit tu illi cenam non  
apponeres, occuliris Paulum, erit gladium non mini-  
strares, futrum commissari, eti scalam non adhiberes. Excusa-  
ris ne à morali, apponendo cenam, tribuendo gladium, scalam  
adhibendo? Notanter appolu, apponendo cenam, non invitando  
ad iluminam initiatore ad cenam est invitare ad id, quod hic &  
nunc nulla ratione honestum fieri potest; ac proinde est invitare  
ad peccatum; Secus verò est de preparatione illius; illa enim  
preparata, non obligatur Petrus illam affumere; sed potest re-  
linquere, & pauperibus iejunio deobligaris tribuere.

2. Plures existimant in hoc casu non esse scandalum mortale.

ita

ica. Man. I. 20m. sum. cap. 23. num. 8. in 2. edit. Petr. de Ledesma. 2. tom. sum. tract. 27. cap. 1. dub. 4. Leffius lib. 4. de infit. cap. 2. dub. 4. n. 14. Caet. 2. 2. q. 147. art. 4. in fine. Omnes iij affirmant iniuriantem ad cenam die ieiuniij vel portigentem illam ei qui alibi excusatibus est excusari a peccato. Idemque deberent dicere de aliis actionibus supra positis. Ratio, quia illæ actiones de malâ non sunt; alias nunquam possent honestari. Ergo solum sunt mala, quia mouent, & adjuvant in mala operatione: at hoc non convingit, quando ipse operans eodem modo male operaturus est; scilicet tuis actionibus, ac illis positis. Ergo illæ actiones non videntur esse causa mala operationis. Confirmo. Si associates furem, vel homicidiam non teneris ad restitutionem, quando eodem modo futrum, vel homicidium patraretur, ac si focus non sufficeret, quia tunc non conferis furti, vel homicidij causam esse. Ergo neque peccas mortaliter peccato scandali, quod consistit in eo, quod causa fuerit peccati alterius. Secundum, ab illis actionibus indifferentibus etenim potes obligari abstineere, quatenus excusas illarum abstinentia peccatum proximi, at in presenti non excusat. Ergo non obligaris abstineere.

3. Thom. Sanch. libro 1. in Decal. capite 7. numero 16. distinguunt duplex genus actionum indifferentium. Aliæ que remotum tantum ordinantur ad peccatum alterius, quales sunt vendere agnum sacrificatio idolo, apponere menam, præparare cibaria solutio ieiuniū. Aliæ, quæ proximum peccato alterius accedunt, quales sunt scalam admouere furari volenti, bueris sustentare, ut per fenestrā ingrediatur, præbere gladium sic determinato occidere, iustificare ad cenam præparatam solutio ieiuniū. Si de illis ultimis actionibus sermo sit, expositum Sanchez. non est excusari a peccato mortali generali scandali, ex eo solum quod proximus peccaturus sit, quia hæc actiones ita proxime peccato accidunt, ut mala, nisi aliqua virginitas causa excusentur. At de actionibus primi generis affirmat probabilis sibi videtur non esse culpam mortalem, sed solum veniale. Etiam autem culpam veniale probabile semper est, ne non ministrante materia aliquo non ita intentè, & affectuose peccaturum. Tunc negatio est quoddam monitionis genus, quod erit non sufficiat a peccato presenti reuocare, forte a futuro reuocabit. Addit amorem Dei non solum inclinare ad cooperandum bono, etiam quando alij cooperatores existant, sed etiam ad vitandum diuinam offendam, etiam quando alij non defint, qui cooperentur. Quod autem non sit mortalis culpa probat; quia videtur hæc leuis cooperatio: confirmat Bonac. disp. 2. de peccat. q. 4. par. 2. §. unico. 35. & seqq.

4. Verum mihi probabilius est non sufficienter excusari supradictas actiones a mortali, ex eo solum quod proximus aliis actionibus vñsus est, si tunc non adfert: quia hæc conditionis non tollit, quominus tu causa sis illius peccati, si sibi eodem modo causa, ac si proximus aliis actionibus adiutor peccaturus non est: quod sic probò: quia si proximus v. g. alibi non est solutus ieiuniū, & tu nulla causa intercedente cenam subministrat, sed omnes conuenientre te peccaturum, quia aliquo modo concurrens peccato alterius. At quod alibi proximus solutus sit ieiuniū; non immutat tuum concutum, qui in subministracione cena consitit. Ergo eodem modo concurrit. Præterea contra distinctionem Sanchez est, quia tota malitia harum actionum indifferentem sumitur a peccato, quod adiutor: cum autem hoc graue sit, ut supponimus, semper debet dare malitiam grauem. Ergo vel esse alibi proximum peccatum excusat, ne peccatum proximi illis actionibus indifferenteribz tribuat malitiam, vel si non excusat, non poterit illam minuire. Adde esse proximum eodem modo peccaturum, esto tu non ministres necessaria peccato, est contingens, & forte ita non erit, poterit enim alia via impeditri a peccato, vel Dei inspiratione remoueri, quantumvis modo sit determinatus. Ergo quantum est ex te teneris hunc effectum bonum possibiliter promovere, & impedimentum ei non apponere: & ita tenet Suar. disp. 10. de char. scđt. 9. n. 2. & scđt. 4. n. 5.

5. Neque obstant rationes contrarie. Nego enim illis actionibus indifferentibus te non concurrende peccato alterius, ac si alibi proximus peccaturus non est: Ad confirmationem concedo te sicutum furis, vel homicidiam non teneri ad damna ex furto, vel homicidio sublecuta, si tua societas necessaria, vel viuus non fuit ad futrum, vel homicidium patrandum, vel ad partandum animosiori, & vehementiori animo, qui tunc ad futrum, vel homicidium posse non concurredit. At si tua societas licet indeterminate necessaria, vel viuus fuerit, quia scilicet sine illa, vel alia delictum patratum non est, existimo sine dubio restituendi te esse obnoxium, quia tunc posse non concurredit. Quia ratio ne prebens scalam, gladium, & alia instrumenta necessaria parato occidere, vel furari, indicio obligatum esse ad damna libileguia, quantumvis alius præberet. Præterea esto concedendum te sicutum furis, vel homicida caufat, quando alias fursum, vel homicidium est sequendum non obstante tua societate; at non probat te non peccare contra charitatem, si possis peccatum proximi impeditre, quia authoritatem peccato præbes. Adde etio, associando non pecces in illo cau, tua societas

nullo modo concurrit furto, vel homicidio, sed est omnino pars accidentis. At ministrans indifferentia, quæ necessaria sunt ad peccatum, verè concurrit ad illud, licet enim non possit impeditre peccatum, quia alius efficit eadem ministraturus: at hoc non tollit, quominus verè concurrit. Deinde impeditre hoc numero peccatum, quod tibi modò; tanquam causa indicet impatur. Ad secundum dico. Scandali generalis malitia non constitit in eo quod peccatum absolutè non impeditur, sed in eo quod ad peccatum non concurrit.

## P V N C T V M X.

An excusaris à peccato scandali eo quod proximus paratus sit peccare.

1. Si opus, quod petis sine peccato fieri non potest, peccari ea specie peccati, quia opus petitum.
2. Non potes iniurare ad cenam solutio ieiuniū tametsi Narr. & Caet. contrarium sentiant.
3. Tali petitio generalis malitiam scandali habet, maximè, si alius non peccare deficiente tali petitione.
4. Petere actionem liciam, a qua alius separare potest malitiam, communiter Doctores consent liceat.
5. Sed hoc intelligendum est causa iusta intercedente, alius non.

1. Si opus, quod ab illi petis, ipso nullo modo oblige peccato. Scilicet potest, manifestum est te peccare ea specie peccati, quia eis peccatum quod petis, ut si petis à Petro, ut fuerit falsus, maleficium alio maleficio disfollat, occidat, formicetur, &c. peccas ea specie peccati, quia Petrus peccare intendis, tenerisque in confessione manifestare tales petitiones. Nam eto scires evidenter Petrum tale delictum esse ex dictum, neque tua petitione moueri, nihilominus tua petitio mala est vice de obiecto mali.

2. Hinc inferunt ad possis Petro determinato solute ieiuniū iniurare ad cenam? Caet. 2. 2. q. 147. a. 4. Narr. c. 21. n. 12. & 24. affirmat liceat. Mouentur, quia iniurias ad Cenam, non quatenus est solutio ieiuniū, sed quatenus est sustentatio humana natura. Item iniurias vñtriarum ad mutuum, & ethiicum ad iuramentum, quæ tamen debent male praefare, & tamen non peccas. Adde martyres incitasse carnisces, ut sibi tormenta diuina inferrent, quæ tamen licet inferte non poterant. Ergo potes iniurare ad actum qui alias peccaminous futurus sit. Nihilominus dicendum existimo nullo modo tibi licet iniurare ad cenam eum, qui alias solutus est ieiuniū, quia iniurias ad actum, à quia alius separare non potest malitiam. Ergo peccas. Quid enim inter est actus esse malum ex obiecto, vel esse malum ex præcepto, si de facto ab illo malitia separari non potest? Ergo cum ab hac cena, ad quam iniurias, separari non possit malitia, iniurando ad cenam ad malum iniurias. Ergo peccas, & ita tenet Valq. q. 43. art. 1. de scand. dub. 3. numero 17. Neque obstante contraria. Ad primum, dico te peccare etiæ iniurias ad cenam quatenus est sustentatio naturæ, quia ab illa cena talis tempore facta, inseparabilis est malitia, sicut peccares, si ad nominationem iniurias, etiæ solum iniurias, quia est coitus apud generationem. Ad secundum dico optimè posse aberbitum prælumentum, & ab vñtrario mutuum, quia non petis tamen à qua malitia separari non potest: in iuramento enim hic, & nunc facta, & in mutuo hic, & nunc concessio non inuoluitur malum vñlum, at à cena, quam petis nullo modo separari potest malitia. Ad tertium respondeo, martyres excusati ex bona fide, & zelo religiosis, qui putabant opus esse constantia, tyrannos ad tormenta provocare, ex se tamen nullo modo licebat.

3. Quod verò talis petitio dici debeat generalis malitiam scandali habere. Est quæstio de nomine cum certum sit habere malitiam, quam habet actio, quæ est scandala, siquidem habet malitiam illius peccati, ad quod referuntur. Distinguendum tamen censeo. Duplicit paratus quis esse potest committere peccatum. Primo, quasi in habitu, seu sub conditione, si occurrarit occasio, qualiter mererit, & vñtriarum sunt patati. Secundum, nulla adhibita conditione, sed ita paratus est exequi tale peccatum: ut moraliter loquendo executurus sit, sicuti cum aliquis determinatus est occidere inimicum. Si à parato primo modo peccatum delictum, censeo peritonem tuam esse scandalam, quia causa es huius peccati, quod alius non efficeret. At si à parato secundo modo peccatum, etiæ pecces peccatis, qui alius peccaret, non debet tamen dici propriæ scandalam, quia scandalam actuum ieiuniū, & caufar ruinam proximi, & ita videtur loqui Suarez 4. tom. iii. part. disp. 22. scđt. 4. num. 8. vbi dicit non adesse circumstantiam scandali, si petas ab omnino parato, & disp. 10. de char. scđt. 3. num. 2. vbi affirmit adesse scandalam, si his nunc peccatum non esset committendum, nisi petes, quantumvis effici patratismus: neque videtur contrarius Thoma Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 14. sed potius fauer nostra sententia, cum prober voluntatem peccandi statre optimè posse, quin peccatum sit, & nunc efficeretur, nisi adesse peritio. Ergo iam petitio inducit